Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad extra ordinariarum remedium peruenire non posse, si sit ordinarium, illud in nostro casu non pcedit, nullum .n. extraordinarium remedium continetur in constitutione nostra, q ordinarium e, inter immediatos, vt appellatio et nullitatis actio inter mediatos. Deinde si regula illa iuris, indistincte vera est hac constitutione omnino opus non fuisset. quilibet .n. statutum cuiusmodi hodie via ordinaria, si modo illa tantum e de qua Dix loquitur, vti pt, statuis aut se noluisse ad illam adstringi mens constituentium et verba constitutionis satis declarant. De subditis proprijs hac constitutione nihil prouisum, id non sine ratione. siquidem manifesti iuris e. si subditi vel subditi alicuius bona, suo Dno arrestent, et cautio iudicio sisti et iudicatum solui, postetur arrestum cassandum, quod si non fiat, granatis succurri p viam appellationis.

Nam etsi à principio forte rasidum sit arrestum, tamen postea sufficienti, et idonea cautione, iudicio sisti, et iudicatum solui, reuocari debet. l. senatusq consulto .16. ff. de officio ppsidis. l. si fideiussor. 7. 9. vlt: ff. q satisdare cogantur l. vlt: C. de ordine cognitionum, l. litibus 19. C. de agricolis et censitis